



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

**Parisiis, 1644**

XV. De relinquenda vel docenda patria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14584**

I X .

Audi canonica instituta: Qui cum gradu cecidit sine gradu surgat. Contentus nomine tantum amittat ministerium, nisi qui tantum a conspectu Domini peccans non recessit.

X I .

Consideret vnuſquisque in conscientia sua, si amor & desiderium cessauit peccati, quia corpus mortuum non inficit corpus alterius mortui, sin vero, separentur.

X I I .

Audi Apostolum dicentem: *Est autem peccatum 1. Ioann. 5. ad mortem; non pro illo dico ut roget quis.* Et Dominus: *Nolite donare sanctum canibus.* Qui enim in vita *Eccles. 20.* sua non merebitur sacrificium accipere, quomodo post mortem illi poterit adiuuare.

X I I I .

In nocte Paschæ si fas est ferre foras. Non foras fertur, sed fidelibus deferatur. Quid aliud significat quod in vna domo sumitur agnus, quam sub uno fidei culmine creditur & communicatur Christus.

X I V .

Statuunt ut Christi aduentum sponsi nullas ratas leges inueniat ieunii. Quid autem inter Nouatianum & Christianum interest, nisi quod Nouatianus indesinenter Christianus vero per tempus abstineat, ut locus, & tempus, & persona per omnia obseruetur.

X V .

Docenda patria prius per exemplum Domini, & derelinqua per postea, si non proficiet iuxta exemplum Apostoli. Sed qui potest facere, licet

*Concil. Tom. 7.*

Sf ij

periclitatur vbique doceat & se ostendat , qui vero non potest taceat & abscondat; aliis quippe ab Iesu in domum suam mittitur , aliis sequi iubetur.

## XVI.

Qui non secundum Apostolum electus est ab altero episcopo, est damnandus, deinde ad reliquam plebem declinandus & degradandus.

## XVII.

Monachi sunt qui solitarii sine terrenis opibus habitant sub potestate episcopi vel abbatis. Non sunt autem monachi, sed Vaetro periti, hoc est contemptores solliciti ad vitam perfectam in ætate perfecta. Hoc est a viginti annis debet unusquisque constringi non attestando sed voto perficiendo, ut est illud, unusquisque sicut proposuit corde suo faciat, & vt, *vota mea reddam in conspectu Domini*, & reliqua; quo voto viuitur, situs locorum coartat, si superabundantia in omnibus deuitetur in vita, quia in frigore & nuditate, in fame & siti, in vigiliis & ieiuniis vocati sunt.

## XVIII.

Centesimum episcopi & doctores qui omnibus omnia sunt, sexagesimum clerici & viduæ qui continentes sunt, tricesimum laici qui fideles sunt, qui perfecte trinitatem credunt. His amplius non est in messe Domini. Monachi vero & virgines cum centesimis iungimus.

## XIX.

Octavo die catechumeni sunt, postea solennitatibus Domini baptizantur, id est Pascha, & Pentecoste, & Epiphania.